Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicit articulum fore verum quia experiencia in primi miraculo hoc edocet
et dicit eciam se ab alijs fide dignis personis audiuisse nouitei certa notabilia
miracula facta esse sed nescit qualia

Super vicesimoquarto articulo incipien ltem qd de predictis omnibus et testis
examinatis dicit articulum fore verum quia hodie ita famatur

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus discretus vir Wolfgangus Pachaud de Cuffinig
inferiori laicus Patauien diocesis etatis sue annorum Triginta uel quasi
simulter contestis prefati Georgij huiusmodi testis in ordine prestiti testis
qui deposuit super omnibus et singulis articulis prout proximus prestitus
contestis videlicet Wolfgangus Detaleri deposuit et concordat in omnibus
et per omnia super eisdem cum eodem Insuper in facto suo proprio deposuit et
dixit qualiter ipse de Anno domini millesimoquadringentesimo sexagesimo
quinto per medium annum febres quartanas passus fuerit nullo mediorum
que sanari poterat pluresque nouellas sanitatis certas pro sanitate recuperanda
et voto visitaucat nil relevamus sensit Tandem aut nullis infidelibus
sius viamis inducti ut voto ad Tumbam beati Leopoldi emitteret cum alijs
offertorio et indubie sanitatem reperiet Ad et fecit et voluit Tumbam beati
Leopoldi cum quarta parte vnij libre cere velle visitare Quod quid voto
tricta festum quartum cuiusdem anni complenti die illa qua febres eum
inuaserant et statim extra Tumbam voto completo febres eum dimiserunt
et sanus abiit et nunquam ex post usque in hodiernum diem easdem sensit
credens firmiter se ablutum febribus per merita beati Leopoldi miraculose
liberatum et sanatum esse

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus discretus vir Thomas Gramfeld de Cuffinig Infiori
laicus Patauien diocesis etatis sue annorum Septuaginta uel circa contestis
proximi prestiti testis videlicet Wolfgangi Pachaud de Cuffinig
qui deposuit secundum interrogatoria premotata super omnibus et singulis
articulis prout secundus prestitus in ordine testis videlicet Wolfgangus
pachaud in facto proprio super eisdem deposuit Et ita dixit testis prestitus
Wolfgangus per multos annos ante suam infirmitatem et in infirmitate
per tempora ut idem deponit infirmus nouisse et audisse prius a die illa qua
votum complenerit sanus et nunquam ex post aliquam fuisse passum in
infirmitatem Credens firmiter ipsum ab huiusmodi febribus ex merito beati Leopoldi
miraculose sanatum et liberatum esse

Insuper in facto proprio deposuit et dixit qualiter ipse de Anno domini millesimoquadringentesimo sexagesimo quodam die aperiens decembris
tum esset in laboribus vineatum ex quodam vehemenci vento qui illa die